Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31395
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



nos, quis etiam tam cito te dorsum mundi
esse pronunciet. nam poetis qui hoc eius
testantur non puto te hoc tempore
fidem habere. ergo tu hoc non dicas.
sed alius tibi affingit. Ceterum qui
tam magnifice superbeque loquutus est timui
maxime sibique diffidere eosque obtestationibus
agit. Inde coram deo vivo qui nos
regnare fecit et coram terribili eius
iudicio omnes nostros successores impe
tores vel etiam sanctos optimates sa
cerdotes etiam amplissimos senatum
obtestamur et vnitissimum populum in
vniuersis orbe terrarum nec non et in
posterum nulli eorum quomodo licere
hoc aut confirmare vel in quoque cornelii.
Tum equidem religiosa admiratio non
sinit ac si lupus per imperitiam et fide
obtestetur ceteros lupos aut pastores
ne oves quas sustulit inter filios et
amicos partitus est aut illi adimere
aut hi repetere tentent. Quid tantope
ritimesis Constantine. Hi opes tuae
ex deo non est diffluctur. Hi ex deo
diffluere non poterit. Sed video voluisti
mutare apocalypsim ubi dicitur. Con
testor autem audienti ora verba prophetiae
libri huius. Si quis apposuerit ad hec.
apponet deus super illum plagas scriptas
in libro isto. Et si quis diminuerit de
verbis libri prophetiae huius auferet deus
partem eius de libro vite et de ciuitate